

1.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
8.
9.



1712.

1. Beckius, Caspar Sebastianus: De manuum missionibus
ecclesiarum itaque de Franconiae Ducato.
2. Beckius, Caspar Sebastianus: De jure regni patrimonialis.
3. Braun, Matthias Nicolaus: De aere alieno ex
fente solvendo.
4. Brucknerus, Gustavus Hieronymus: De salis con-
ductu.
5. Brucknerus, Guil. Hier.: An homines Num
abique animo nec audi sit capitale? et an de pro-
betur is animus? - -
6. Brucknerus, Guil. Hieronymus, Cult. juridici Decanus:
De magister personis et artibus. 25 ampl. 1712 - 1725
7. Dietmarus, Johannes Wilhelmus: De prescriptione feudali.
8. Fieren, Johannes Bernhardus: De favoris L. bellii.

1712,

10. Friesen, Dr. Bernh.; Fac. jur. vocatus: Adlectionem
inang. Joh. Jacobi Friesleben Innotatis.

11^a ab Gerhardus, Episcopus: De crimine et poenis propter dies
= 2 Sampl. 1712 = 1738

12^{a, b, c} d Krenius, Romanus: Inquisitio juridica percontinae
Unter dem Krammen habe ich gut gesehen. 4 Sampl.
1712, 1720, 1736 = 1747.

13^{a, b, c} Krenius, Dr. Paul: De privilegiis agriculturalibus
apud Germanos. 3 Sampl. 1712, 1736, 1763-1768.

r

is

me

pl

o

7883



Not

M

F

C

D

C

T



15

994
3

D. F. C.
 DISPUTATIO JURIS FEUDALIS
DE ÆRE ALIENO
EX FEUDO SOL-
VENDO

1712, 3

QUAM
 ANNUENTE SUMMO NUMINE
 RECTORE ACADEMIÆ HUIUS MAGNIFICENTISSIMO
 SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
 DOMINO

GVILIELMO HENRICO
 DUCE SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ AC MONTIUM, ANGA-
 RIÆ item AC WESTPHALIÆ ET RELIQUA
 PRÆSIDE

DN. MATTHIA NICOLAO Braun
 PH. ET J. U. D.
 NEC NON HÆREDITARIO DOMINO IN ZIEGENHAIN
 ET OBER. TOPSTET
 PRÆCEPTORE AC HOSPITE OMNI CULTU PROSEQUENDO
 IN ALMA HAC SALANA

d. 15. Octobris 1712.
 ERUDITORUM EXAMINI SISTIT
 IN AUDITORIO ICTORUM
 RESPONDENS
IOANNES FRIDERICUS HAHN
 BRUCKENAV. FULDENS.

—————
 I E N Æ
 LITERIS WERTHERIANIS.



DISPUTATIO JURIS FEUDALIS
DE AERE ALIENO
EX FEUDO SOL
VENDO

ANNUNTE SUMMO NUME
RECTOR ACADEMIE HUIUS MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPIS AC DOMINI

DOMINO
GUILLELMO HENRICO
DUCE SAXONIAE LITAE CIVIS AC MONTIUM A GEA
KAMMER AC WESPHALIAE ET REIGIONA

DR. MATTHIA NICOLAUS
IN FEUDALIA
REIGNO HEREDITARIO DOMINO IN ZIEGENHAIN
ET OBER FORST

FRANCORUM AC MONTIUM CIVIS PROSECHENDO
ALMA MATER
FRIDRIUM EXAMINARIUM
IN FEUDALIA SOLVENDO

IOANNES FRIDRICHUS HAHN
LITAE CIVIS

LITAE CIVIS WERTHERIANIS



295^e

REVERENDISSIMO ET CELSISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO

DOMINO

ADALBERTO

INCLYTÆ ECCLESIAE FULDEN-

SIS ABBATI S. R. I. PRINCIPI DIVÆ

AUGUSTÆ ARCHI-CANCEL-

LARIO PER GERMANIAM

ET GALLIAM PRIMATI

DOMINO SUO CLEMENTISSIMO:

FELICITATEM.



200
§ (o) §

REVERENDISSIME ET CELSISSIME
PRINCEPS
DOMINE CLEMENTISSIME

ADALBERTO

INGLYTE ECCLESIE FULDEN-

SIS ABBATI S. R. I. PRINCIPIS DIVE

AUGUSTE ARCHI-CANCEL-

LARIO PER GERMANIAM

ET GALLIAM PRIMATI



*Dre pit ad pedes tuos, Reverendissime ac
Serenissime Princeps, tenuissimus hic, A-
cademicae industriae fetus, clementiaque
tuae radiis illustrari discupit, cum nativo
splendore superbire non possit. Est haec opacorum
corporum indoles atque natura, ut omne decus a
sole,*

§§ (○) §§

sole, lucis fonte perenni mutuentur, quare non idem sperare queat umbratilis labor, si ad eos confugiat, quos orbis soles constituit supremi Arbitri providentia? Neque enim pertimescendum, ut leves chartas exurat potius, quam exornet fulgor dignitatis incomparabilis: amoris & pietatis ignes sunt quibus corruscat Tuae Gloria fastigium, quique non terrent admiratores suos, sed fervent, non dejiciunt, sed alliciunt. Prostant ejus rei publici testes, prostant munificentiae summae monumenta ad posteros victura, ac inter ea cumprimis Aedes, Sacrationi Numinis cultui dicata, quas tanto tempore tantisque sumptibus exstruis. Loquuntur famae praconia, quae modo Religionis ardorem, modo propensum in bonas literas, earumque cultores, animum extollant. Solatur denique me trepidantem officii conscientia, siquidem non vano ac inconsulto impetu, qui multos in transversum agit, ad Themidos sacra abreptus, sed unice divino nutu ac proximi & Reipublice amore inductus, stadium hoc decurrendum suscepi. Gratiose itaque, Reverendisime ac Clementissime Princeps, aspicias vultu, quod ad Aras tuas depo-
no,

OPC

85 (0) 58

no, *subjectissimi cultus, testimonium, idque non ex suo, sed quod in fronte gerit, augustissimi nominis tui pretio, aestimes. Venerabor interim benignissimum Numen, ut Te, Patria Patrem piissimum, meaque salutis statorem Clementissimum, potentia sua clypeo protegat, gratia viribus roboret, omniumque bonorum flumine superfundat, donec ad illam Beatorum Sedem evebaris, quo dudum sanctissimis votis praevolasti.*

bisce

CLEMENTISSIMI DOMINI MEI

*Scriptum Jena
d. 15. Octobris
1712.*

subjectissimus

JOHANNES FRIDERICUS HAHN.



SS (3) SS



2. D. B. V.

CAP. I.

GENERALIA ÆRIS ALIENI EX FEUDO SOLVENDI SISTENS

§. I.



Ris nomen, alii ab auri similitudine, alii à græco *αιρα* terra, alii ab hebraico *Æretz*, quod terram designat, (unde & germanorum *Erz* originem ducere videtur,) alii ab *asse*, deducant vide *Calepin. voce as* ; nobis,

allusionibus relictis, primitivum id esse, adstruere placet. Denotat vero (1) metalli speciem, rubro colore tinctam, à reliquis metallis distinctam, vide P. Kircher. in *Mundo subterran. L. 10. c. 9.* (2)

A 2

tra-



298

§ (4) §

trahitio sensu pecuniam s. nummum quemlibet
arg. L. 2. pr. ff. ad L. Aquil. nam & aureos num-
 mos æs dici ex *L. 159. de V. S.* imo & coriaceos
 ex *Seneca L. 5. de benefic.* & *Gothofr. ad L. cit.* con-
 stat. Nam Romanos, primis temporibus, ære gra-
 vi atque argento rudi, non signato, usos fuisse pro
 pecunia, atque hæc appendere, non numerare so-
 litos, sciendum est *vid. Plin. L. 33. c. 3.* atque sic
 ærea prius pecunia in usu fuit, post argentea, dein-
 de aurea subsecuta: sed ab ea quæ cœpit nomen
 retinuit *Isidor. L. 16. c. 17. Orig. adde Job. Rosin.*
Antiquit. Rom. L. VIII. c. 20. hinc olim adoptio-
 nes, emancipationes & testamenta quædam, per æs
 & libram fiebant *Gell. L. 5 c. 19* & *Dd. ad §. 6.*
Quib. mod. jus patr. pot. §. 1. de Testam. Ordin. imo
 & prodigis ære commercioque conceptis interdi-
 cebatur verbis *Cujac. L. 7. c. 33. observat.*

§. II.

Unde æris alieni & æris sui, discrimen ortum
 trahit: illud est, quod nos aliis debemus; hoc,
 quod alii nobis debent *L. 213. §. 1. de V. S.* videtur
 tamen improprie æs nostrum hic accipi, τὸ χρεώσε-
 μνον, quod alii nobis debent, hoc enim salum ju-
 re obligationis nostrum est, quod non numero, sed
 specie reddendum *vid. Schrader. P. X. S. VI. n. 172.*
 proprie vero, quod in arca habemus, aut quod jure
 do-



§§ (5) §§

dominii nostrum est, sub sui æris nomine venire potest, *Dn. Tabor de alienatione, que in mutuo vertitur C. 8. Elencho. V. §. XX.* Dicitur autem æs alienum, partim intuitu termini à quo & ἀναφορικός, quia æs, quod accipit, vel contrahit quis *l. 27. pro socio*, alienum i. e. creditoris fuit: partim intuitu finis & termini ad quem, vel potius respectu obligationis traditioni conjunctæ, qua id actum est, ut debitor de suo ære, aliquando reddat tantundem creditori: eoque sensu patrimonium suum gravare debitor intelligitur & prædicatur. *Dn. Tabor. d. l. §. 10.*

§. III.

Feudum jam rubrica lustrandum sistit: multifarias vero Feudi notationes, effuse hinc inde à Juris Feudalis Consultis suppeditatas, otiose hic repetere, studio supersedemus, qui tamen etyma habent in deliciis, adeant *Finckelthbus. D. 1. contro. 1. lit. a. Stryk. Exam. Jur. Feud. c. 2. qv. 1. Thom. Crag. L. 1. J. F. Scotitic. 9. Rittersbus. Partit. Feud. L. 1. c. 1. n. 12.* Nos impræsentiarum, Feudum à FE & OD, originem ducere adstruimus: vocula enim FE, non modo pecus, sed & stipendium seu mercedem, vel gentibus Borealibus, bona, & OD, possessionem (quæ vox in compositis etiamnum in vindi usu est, ut in *Allod / Kleinod / Einöd*) denorat *Schilt. ad. jus Feud. utrumq; c. 1. §. 1. J. F. Alem. ad rubr. §. 7. Itter. de Feud.*

A 3

Im-



Imper. c. 2. §. 9. hujus rei, non modo prisca ævi monimenta, sed & Anglos recentioris seculi, testes producimus: nam his etiamnum Feodum audit & ea vocis inflexio ut plurimum in antiquis occurrit documentis *vid. Schilter. ad jus Feud. utr. c. l. Cragium c. l. Illustr. Dn. Lyncker ad S. J. F. c. 2. aph. 1. n. 3.* ut ita Scribarum incuria, qui loco o legerunt u, Feudi nomen substitutum & retentum esse, præsumendum videatur. Atque sic, vi etymi, Feodum; possessionem s. prædium stipendiarium denotat *Illustr. Dn. L. B. de Lynck. d. l. realis vero definitio hæc est: Feodum est ususfructus quidam à persona, sub lege, fidelitatis relictus. vide Bicc. S. 2. th. 50. R. 2.*

§. IV.

Tandem, vocabulum solvo, à quo verbalè solutio, compositum est ex præpositione inseparabili, *σε, δια,* & *λυο, λύω,* quasi seluo, *lösen/entbinden/* à nexu libero, sumta metaphora à vinculis & ligamentis, seu ab iis, qui vinculis constricti, solvuntur & liberantur *l. 48. ff. de V. S.* varios vero vox hæc significatus sortita v. g. solvere idem est ac implere, ut solvere vota; exire, eximi, ut solvere portu; dissolvere, ut *rubr. quib. mod. jus patr. potest. solv.* liquefieri *l. 6. pr. de auro & argento legato,* frequentius tamen in jure nostro notat reddere, restituere, satisfacere, refundere, liberare *l. 54. de solut.*

§§ (7) §

lut. l. 167. de V. S. Briffon. de solut. l. 1. init. Petr. Müller ad Struv. Ex. 67. th. 47. §. 7. quamquam strictè loquendo, liberatio à solutione ut effectus à sua causa diserepet, contingit enim solutione facta demum liberatio Cujac. ad Tit. C. de solut. ultima acceptio hujus potissimum loci est, & fit, aut re, aut imagine quadam: illa dicitur naturalis s. vera, cum id quod alteri debetur, à quocunque naturaliter præstatur *pr. f. quib. mod. tollit. obligat.* hæc civilis, proprie satisfactio, nuncupatur, quæ, acceptilatione, novatione, delegatione contingit *vide Cujac. ad Tit. f. quib. mod. toll. obligat. verb. solutione.*

§. V.

Æs alienum e feudo solvendum aliis quoque appellatur nominibus; dicitur enim onus feudale, debitum feudale, *Lehn-Schuld*; cum vero æs alienum ex feudo solvendum, è censu communium *πρός εἶν* sit, accuratam ejus definitionem polliceri nequimus, describit tamen *Carpzov. Decad. 2. posit. 1. de oneribus Vasalli feudalibus in foro Saxon.* quod sit debitum vel jure pignoris Feudum afficiens, vel in feudi utilitatem versum; sed cum hoc feudaliū debitorum latitudinem vix exhaustiat, addimus; vel ob favorem in subsidium solvendum: Hinc sequentibus capitibus (1) de ære alieno ob pignus ex feudo solvendo *Cap. II. (2)*
de

de onere feudali ob versionem in utilitatem *Cap. III. (2)* de debito in subsidium ob favorem solvendo *Cap. IV. auri.*

§. VI.

Antequam vero feudalium debitorum naturam curatius venaturi, præmonendum existimamus (1) alia vasalli debita, **Erb-schulden** / alia feudi onera, **Lehn-Schulden** / esse *Berlich. P. II. Conclus. 55. n. 45 Struv. S. J. F. c. 14. aph. 3.* illa successor descendens exsolvere omnino obstrictus est, cum sine allodio feudum acquirere nequeat 2. *F. 45. 51. §. filius Struv. S. J. F. c. 9. aph. 11.* quæ opinio, expressa Electorali constitutione, in Saxonia, munita *Carpzov. P. 2. C. 46. D. 5* ac nonnullis etiam locis extra Electoratum recepta *Coler. D. 282. n. 7. 8. Richter Decis. 79.* atque sic manes defuncti ab injuria, ex abstentione oriunda, liberare obstrictus est *Mev. P. II. D. 115. n. 2. Berlich. P. II. conclus. 55. n. 92. Hart. Pistor P. II. Qu. 2. n. 39. 45. seqv.* quod adeo verum esse adstruunt, ut filius, quamquam patri non immediate succedat, nihilominus ejus factum, ex veriori sententia, præstare teneatur *Carpzov. P. II. D. 169. n. 13. seqv. Struv. S. J. F. c. 14. aph. 30. n. 11. Illustr. Dn. L. B. de Lyncker Decis. 1423.* Communis tamen Dd. opinio, distinctionem textui 2. *F. 45.* inter feudum hæreditarium, & feudum ex pacto



§§ (9) §§

pacto & providentia inferens, in Camera Impē-
 riali & in ipsis Scabinatibus Saxonice recepta est,
 ut extra terras Saxonice juxta eam pronuncient, fi-
 lium abstinere posse, retento Feudo ex pacto &
 providentia, secus si adsit feudum hereditarium,
Illustris Dn. L. B. de Lynck. Anal. ad S. J. F. c. 9.
aph. 11. quæ sententia in Saxonia communi quoque
viget. Carpz. P. II. c. 47. d. 4. Sunt & præterea
 casus quibus filius solum retinere potest feudum
 (1) si primogenituræ vel majoratus jure succedat
Dn. L. B. de Lynck. Decif. 802. (2) si utroque &
 allodio & Feudo repudiato, consentientibus agna-
 tis, de novo beneficio investiat a Domino 2. *F.*
45. (3) si filius a patre exheredatus fuerit, dum-
 modo hoc contra edictum fraudatorium factum
 non sit *Eyben. Elect. feud. c. 7. §. 12* (4) Si feudum
 datum sit patri & filius *Anton. Disput. 1. th. f. lit. K*
 (5) si patri liberorum intuitu concessum *Carpz. P.*
II. C. 47. D. 8. (6) si filius non patri sed avo suc-
 cedat, afferunt (7) si pater vivens bonis cesserit
Rosenthal. c. 7. conclus. 22. n. 18. quam tamen senten-
 tiam rejicit *Struvius c. 14. aph. 30. n. 18. S. J. F.*
 Circa agnatos distinguitur, utrum simul sint here-
 des, nec ne: illo casu & Vasalli onera exsolvere
 necessum habent; hoc vero, repudiato allodio, in
 solo Feudo succedere possunt, nec ad æs alienum
 defuncti solvendum obstricti sunt 2. *F. 45. ibique*
 B *Bitfch.*

Bischof. Verum subnascitur quæstio, si filius, antequam patris debitum se liberet, satis concedat & sic feudum in agnatum transferat, an agnatus æs non solum solvere obstrictus sit? videntur enim talia debita in feudalia transiisse, cum per filium radicata in feudo & horum conditio, per mortem subsequutam filii, alterari non potuit: nam non fit inutile, quod semel constitit, licet perveniat ad eum casum, a quo incipere non poterat §. 14. *de legat. L. 85 ff. de R. J. Modest. Pistor P II. Q. 122. n. 31. 32.* Sed contrarium verius, cum inter debita feudalia hæc nuspam reperiantur, nec morte filii feudalia fieri potuerunt, cum ea non ut Vasallus, sed ut filius solvere obstrictus erat. *Carpzov. P. II Const. 46. D. 6.*

§. VII.

Omne æs alienum (2) ex feudo solvendum, si feudum sit hæreditarium, hoc enim allodiorum ad instar habetur; Dominus tamen & jure Saxonico agnati, vi simultaneæ investituræ succedentes, alia, quam feudalia debita, solvere non tenentur *Struv. S. J. F. c. 14. apb. 2.*

§. VIII.

§(II) §

§. VIII.

Notandum (3) more regionis ferente, alio-
alia quoque debita ex feudo soluenda; ita iure
Marchico quondam agnati, non Dominus, debita
ante Annum 1633 d. 26. Jul. contracta, in substi-
dium agnoscere tenebantur *Coccej. Hypomnem. jur.
Feud. T. XII. §. 7.*

CAP. II.

DE

ERE ALIENO OB PIGNUS EX
FEUDO SOLVENDO.

§. I.

Jure Feudali Longobardico, onera feudi solum
esse videntur, pro quibus Feudum legitime op-
pignorum; *vid. in. 2. F. 28. §. si vasallus 2. F.
8. §. e contrario 1. F. 6. §. mut. 2. F. 36.* per con-
suetudinem tamen communem, seu usu universali
Imperii deinceps introductum, idque ex sententiis
Dd, æquitati consentaneis, ut alia adhuc onera feudi
habeantur, quæ pro moribus locorum variant &

B 2

ju-



judicis sæpe arbitrio relinquuntur, atque hinc qui onus feudale esse adstruit, id probare tenetur *Struv. S. J. F. c. 14. apb. 4. ibique Lyncker. Mev. P. II. D. 124.*

§ II.

Cum itaque ex oppignoratione legitima onus resultet feudale, curatius cam lustraturi: Vasallus equidem solus oppignorare Feudum nequit 2. *F. 55. 2. F. 8.* prohibita enim est feudi alienatio 1. *F. 13. 2. F. 40. 44. 52.* ergo quoque oppignoratio, per hanc enim devenitur ad alienationem, cum pignoris alias nullus esset usus; jam vero quod prohibitum est in termino, illud quoque prohibitum in via *Stryk. E. J. F. c. 19. qv. 8.* stringit tamen factum hoc, Vasallum, suosque descendentes, imò & agnatos, qui allodiales insimul heredes sunt, ut ex feudi fructibus satisfacere debeant: nam & hi ad defuncti factum præstandum obstricti sunt *Vultej. c. 10. n. 43. arg. l. 14. C. de R. V.* nec feudum amittit, quanquam clausula constituti possessorii accesserit, putat *Struv. c. 13. apb. 9. n. 5.* verum utique *Tiraquelli tract. de constit. possess. limit. 37. n. 56. & Rosenthalii,* opinio tutior, quam *Anton. D. 9. th. 7. lit. B.* sequitur: nam constitutarius vere possidet, fructus quoque ad ipsum pertinent, vasalli vero fru-

§ (13) §

fructuum perceptio precaria tantum est *Dn. L. B. de Lynck. ad Struv. c. l.* Verum casu, quo vasallus pignus constituit, non tam feudum, quam fructus feudales hypothecæ subjiciuntur *vid. Stryk. Cautel. contract. S. II, c. 4. §. 13.* Ea vero quæ tradit jus Alemannicum circa consensus dominici præscriptionem & ab hypothecæ nexu liberationem, c. 26. *ibique Schilter. in foro negliguntur.*

§. III.

Agnatum ad defuncti factum præstandum esse obstrictum, antea monuimus, si simul ut heres succedat: nam si ut agnatus feudum solum sortiatur, ad exsolutionem æris alieni non obligatur. Verum si agnatus vel simultanee investitus consenserit in hypothecam, licet diserte ad solutionem se non obligaverit (quod requirit *Carpzov. P. II. C. 46. D. 9.*) nihilominus debitum agnoscere tenetur quæ sententia per *Decisionem Electoralem 67.* confirmata, ad quam *vide Philipp.* Domino tamen, ejusmodi hypotheca & reliquis agnatis, qui consensum non præstiterunt, præjudicium inferri nequit; hinc ex fructibus, non ex substantia feudi satisfactionem fieri oportet *Horn. I. F. c. 19. §. 3. in f. add. Dn. L. B. de Lynck. ad S. J. F. c. 14. apb. 22.*

B 3

§. IV.

§ IV.

Pari modo, si solus dominus in hypothecam consenserit, agnatis & simultanee investitis exclusis, solum quoque Dominum, Vasallum & descendentes stringit pignus, ita, ut si ad eos devolvatur feudum, deficientibus bonis allodialibus, e feudo satisfacere debeant creditoribus; successoribus autem agnatis & simultanee investitis, præjudicare non potuit Dominus, ob jus, quod à primo acquirente quæsitum habent; exceptio hinc est in Feudo novo, ubi ipsorum jus ab oppignorante pendet, nisi & in hoc proprio succedant jure ut ex simultanea investitura *Struv. c. 14. apb. 21.*

§. V.

Quo itaque omnes & singulos in feudo successuros teneat oppignoratio, necessum est, ut non modo Dominus, sed & agnati & simultanee investiti consentiant: nam domini consensus ad formam oppignoracionis requiritur, agnatorum vero & simultanee investitorum consensus est necessarius, quo teneantur, si ad eos per successionem feudum devolvatur *Struv. S. J. F. c. 14. apb. 23. n. 1.* Consensum vero Domini & successorum non modo expressum, sed & tacitum, qualis ex præsentia, scientia & patientia elicitur, sufficere adstruimus per
ea

§§ (15) §§

ea, quæ tradit *Vultejus L. 1. c. 10. n. 64. de Feud.*
Quotiescunque enim quis actum contradicendo
potest impedire, habetur pro consentiente, si sit
presens & taceat; nisi forsan ex officio interesse de-
beat *vid. Carpz. Disput. Feud. 7. §. 27.*

§. VI.

Non aliter tamen pignus vel hypotheca est va-
lida, nisi Dominus Feudi consentiat: nam hypo-
theca à Domino territorii concessa est invalida,
etiam si feudum sub alterius territorio situm fuerit
Carpz. l. 4. R. 30. n. 9. Dn. L. B. de Lynck. Decis.
1292 vide tamen *Schilterum Exercit. 33. §. 9.* nuda
vero contractus confirmatio, in quo feudum hy-
pothecæ subjicitur, non inducit consensum in hy-
pothecam, ideo, non sufficit si dicatur: **Wir con-**
firmiren diesen Contract, sed opus est ut adjiciatur:
consentiren auch als Lehn-Sherr in die darinne
geschehene Verpfändung/ alias solummodo ut ju-
dex, non ut Dominus Feudi, confirmasse præsumit-
ur *Carpz. l. 4. R. 29.* profert tamen limitationes
Horn. J. F. c. 19. §. 4.

§. VII.

Si vero plures unius feudi sint domini, di-
stinguendum, an sint ejusmodi, an diversi ordinis:
illo



illo casu, aut divisum jus domini directi & quilibet pro sua parte consensum præstare potest, qui tamen reliquos condominos non stringit 2. F. 38. *Rosenth. c. 9. m. 1. conclus. 30. n. 1.* aut pro indiviso dominium directum tenent, & omnium consensu opus: quid juris si uni ex Dominis velit pignori dare feudum, exponit *Schrader. P. VII. c. 1. n. 27.* Hoc casu, si Domini diversi sint ordinis, Domini immediati consensus solum requiritur; si tamen creditor omni ex parte tutus esse velit, ratione subfeudi oppignorati, rectius faciet, utriusque Domini, tam immediati, quam mediati consensum adhibendo, ne forsitan, si defuncto sub Vasallo, feudum ad Vasallum revertatur, creditor jure periclitetur & solutio demum detrectetur. *Carpzov. de onerib. Vasalli Feudalibus Decad. II. posit. 1. n. 48.* quid in Saxonia ratione Feudorum Amtfalsiam vel Schriffalsiam qualitatem habentium oppignorazione obtineat *Hornius. J. F. c. 19. §. 8.* exponit,

§. VIII,

Consensum ipse debitor impetrare debet; nemo enim, me invito, jus reale in bonis meis consequi potest *arg. l. 11. ff. de R. J.* quod si vero sub conditione impetrandi consensus hypotheca constituta sit, subsistit consensus a creditore impetretur

§§ (17) §§

tur & multo magis, si facultas impetrandi consensus data sit creditori *Stryk. E. F. F. c. 19. qv. 11. Horn. c. 19. §. 5.* qui posterior monet, non facile in debita, quæ ultra bessem, seu duas pretii feudalis tertias assurgunt, Domini consentire solere, ne forsan sub oppignoracionis specie venditio procedat & ne domini directi & consolidationis fructus plane evanescant. Nec facile accommodatur consensus, instante feudi apertura, **wenn das Lehen auf den Fall steht.**

§. IX.

Effectus dominici & agnatorum consensus sunt, quod non modo ipsi, sed & eorum descendentes, ad sortem & usuras, sive vi contractus debitas, sive pactas, modo harum in consensu mentio facta, obligentur *Carpz. P. II. C. 46. D. 8. seqv.* quanquam Dominus consenserit, salvo jure suo: nam clausula hac, sibi solummodo jus, quod extra hanc obligationem Domino competit, reservat, puta **die Regalien/ hohe Borhmäßigkeit/ Lehens und Landes Fürstl. Gerechtigkeiten/ Ritterdienste und dergleichen** *Carpzov. c. 1. Def. 11.* & quidem jure Feudali communi & jure communi Saxonico, extra provincias Electoris Saxonici, successores ad id debitum, non nisi in subsidium, si
C
nem-

nempe bona hereditaria non sufficient obstricti sunt. *Schrader de feudis P. 7. c. 7. n. 42.* secus jure Saxonico Electorali, ubi constitutum: daß solche Schulden durch die Lehns-Folger aus dem Lehn-Gurbe vergnügt/und die Land-Erben damit solten verschonet werden *Carpz. P. II. C. 64. D. 7. § 8.* Si tamen pignus solum creditori constitutum, ut ipsi ex fructibus satisfiat, immittitur creditor, ita tamen, ut utile dominium penes Vasallum, ac jure vasallagii & servitii is obligatus maneat, quamprimum vero ex fructibus feudi creditori satisfactum fuit, immissio amplius non durat *Gotthof. Anton. Disp. 9. th. 5. lit. b.* operatur & hoc consensus ut alienatio denegari non possit *Köppen. D. 39. n. 18.* consentiens enim in pignus, consentit quoque in alienationem; tutius tamen consensus, præsertim Domini, repetitur, *arg. l. 7. §. 1. de Reb. eorum qui sub Tut. Stryk. c. 19. qv. 14.* Attamen si ad certum tempus v. g. sex annos, consensus sit restrictus, elapso eo, extinguitur, maxime si clausula cassatoria fuerit adjecta: daß nach Verfließung der Zeit / der Consens, todt/ abe und nichtig seyn solle *Carpzov. P. II. C. 23. D. 24.* limitata enim causa, limitatum producit effectum *l. 63. de contrab. emt.* limitationes tamen affert hujus proponit *Hornius. J. F. c. 19. §. 6.* denique Domini consensus est stricti juris, nec ad non expressa extendendus *Heig. l. 1. qv. 27. Horn. d. l. §. 7.*
hinc

§§ (19) §§

hinc hypotheca rei feudalis cum consensu domini constituta, alii, absque novo Domini consensu directi, cedi non potest; quod jure Saxon. expressa constitutione munitum *Carpz. L. 5. R. 36. Richter. 4. Concursu creditorum sect. 2. n. 179. seqv. Dn. L. B. de Lynck. ad S. 7. F. c. 13. apb. 7. n. 9.* affirmat vero *Mev. P. 7. D. 311. § P. 8. D. 284.* juxta jus commune, cum pignus pignori dari possit *L. 1. C. si pign. dat.*

CAP. III.

DE

ONERE FEUDALI OB VERSI-
ONEM IN UTILITATEM.

§. I.

DEbitis feudalibus Domini & agnatorum consensu munitis consideratis, ad onera ob versionem in feudi utilitatem solvenda progressuri: Tenentur autem ad æris alieni exsolutionem successuri, si id in ipsius feudi utilitatem v. g. refectioem ædium versum, quamquam non nominatim impendenda in feudi utilitatem pecunia sit credita *Schradet P. VII. c. 7. n. 48. Struv. c. 14.*

C2

apb. 7



apb. 7. versa quoque in Feudi utilitatem pecunia
 creditoris censetur, qua vasallus fratrem suum pro
 sua portione dimisit *Dn. Lynck. ad S. J. F. c. 14.*
apb. 7. creditori tamen, mutuo datum, in feudi uti-
 litatem esse versum, probandi onus incumbit, quia
 necessitas probandi illi incumbit qui agit §. 4. *de*
legatis quo probato hoc ex feudo refundendum,
 etiamsi superfit allodium *Carpzov. P. II. C. 46. D*
26. duplici vero modo versum quid in feudi utili-
 tatem dicitur: nam feudum vel in specie redditur
 melius seu pretiosius & hos sumtus vocant melio-
 rationes s. melioramenta, vel feudum ab oneribus
 quibusdam, vel etiam actionibus & imminentibus
 ruinis liberatur; hæc inter, advocati solarium, qui
 causas feudales utiliter gessit, pertinet *Carpz. P. II.*
C. 46. D. 30. nisi lis temere à Vasallo suscepta
Carpz. de Oner. Vasall. Feudal. Decad. 4. Posf. 9.
 pari modo utiliter impensum existimatur, quod ad
 expensas litis, non frivole motæ, suppeditatum. Cæ-
 terum impensæ, in rem feudalem factæ, in necessa-
 rias, utiles & voluptuarias, dispescuntur *vid. L. 79.*
de V. S. voluptuarias impensas tam bonæ quam
 malæ fidei possessor, tollit, si tollere potest *L. 9.*
de impens. in res dotales factis si vero b. f. p. fecit
 voluptuarias impensas, quas præprimis dominus
 facturus fuisset, datur exceptio doli, *l. 38. de R. V.*
 ex præsumta enim Domini voluntate naturam qua-
 si

§ (21) §

si utilium impensarum induunt. *L. 3. §. 4. & 6. ff. de in rem vers.* multo magis & has consequitur impensas, si consensu Domini & agnatorum fecerit. *d. l. §. 5.* ad reliquas impensas consequendas duo remedia 2. *F. 18. §. si vasallus* accommodantur, scil. Dominus aut patiatur ædificium auferri, aut solvat pretium meliorationis; quibus accessit jus retentionis ex jure civili *arg. l. 5. C. de R. V. l. 38. de heredit. petit.* si in possessione sit. Cæterum creditoribus competit vel actio negotiorum gestorum *arg. L. f. ff. de negot. gest.* vel actio de in rem verso, si pecunia in feudum versa sit *vid. Horn. J. F. c. 21. §. 5.*

§. II.

Ad hæc feudi onera, pertinet pretium ad emendum feudum creditum, *Berlich. P. II. c. 55. n. 59.* & per consequentiam pretii residuum, quo feudum comparatum *Struv. C. 14. apb. 8. Richter. D. 78. n. 16.* & quamquam hæc opinio textu fundata non videatur, attamen summa æquitate naturali nititur, quæ neminem cum alterius jactura locupletiolem fieri sinit; hinc & successores creditor obligatos habet: in domino tamen æquitatis ratio cessat *Struv. c. 14. apb. 8. n. 3.* nisi feudum sit emptitium *Horn. J. F. c. 21. §. 6.*

C 3

§. III.

Ex præsumta in feudi utilitatem versione *vid.*
Hartm. Pift. P. I. qv. 4. n. 16. Dn. Lynck. D. 382.
Horn. c. 21. §. 7. modo dotis illationem vere factam
 prober vidua, vel adhuc inferat promissam oblati u-
 naufuris à die nuptiarum *Struv. c. 14. aph. 10. Carpz.*
L. 6. R. 56. moribus resultat dotalitium, **Das**
Wittthumb/ Leibgedinge/ Leibzucht/ quod, si aliud
 inter partes pactum non sit, quadruplicatas dotis
 usuras complectitur; videlicet 1000. Imperiales
 ab uxore, dotis nomine illatos, maritus respicit
 mit 1000. **Thr. Wieder-Lage / Gegen-Verdäch-**
nif: hi 2000. **Thr.** pariunt reditus uxori 200.
Thr. D. L. B. de Lynck. ad S. J. F. c. 14. aph. 11.
 imò valet dotalitium ex domini & agnatorum con-
 sensu, licet dos nulla sit illata *Schultz de Feud. c. 8.*
n. 238. in arbitrio vero uxoris est, utrum dotem re-
 petere, utrum vero dotalitium accipere velit. *Struv.*
S. J. F. c. 14. aph. 15. Jure Saxon. non solum do-
 talitium ipsum, sed & debitum hujus causa con-
 tractum; onus Feudale habetur *Carpz. P. II.*
C. 46. D. 25. Dotalitium vero, ob adulterium
 neque expresse, neque tacite, à marito remis-
 sum, perdit uxor *Struv. S. J. F. c. 14. aph. 13.* quod
 si vidua se imprægnari passa sit, dotalitio quidem
 exci-

§§ (23) §§

excidit; sed dotem non amittit *Dn. L. B. de Lynck* ad *S. J. F. c. l.* absorbetur vero dos à dotalitio nec mortua uxore ad hæredes revertitur; quop si vero matrimonium aliud inierit, **und den Witwen Stuhl verrückt/** tunc solum illata ipsi ex feudo restituntur. *Dn. L. B. de Lynck. c. l. apb. II.* quo tamen sponsalia celebrata non pertinent *Horn. J. F. c. 21. §. II.*

§. IV.

Iure Saxonico Electorali, debitum, vasalli ad filiarum vel sororum elocationem contractum, à successoribus feudi, non hæredibus allodialibus, solvendum, vide *Carpzov. P. II. C. 46. D. 13. 14. §. 15. Hartm. Pistor. P. III. qv. 22. n. 3. Berlich. P. II. Conclus. 55. n. 39.* quod & ad expensas nuptiales, ad elocationem filiarum & cognatarum mutuo acceptas, extendit *Carpz. c. l. D. 15.* Dos vero constituenda & sumtus nuptiales, non nisi subsidiarium onus, sicut & educatio filiarum habetur *Horn. J. F. c. 21. §. 13.*

CAP. IV.

DE

DEBITO OB FAVOREM IN SUBSIDIUM SOLVENDO.

§. I.

§. I.

TAndem moribus ex æquitate receptum est, extra Saxoniam Electoralem, ut deficientibus allodialibus bonis, alimentatio, educatio, & dos filiabus in subsidium debeat *Struv. S. J. F. c. 14. aph. 17. Horn. J. F. c. 1.* Pertinent quoque ad hæc debita legitima certo modo, alimentatio inhabilium, expensæ funebres, non vero debitum ratione servitii militaris Domino præstandi contractum: de singulis jam acturi.

§. II.

In subsidium, è feudo, filiabus alimenta præstanda usque dum nupserint, si ex conventionione speciali, de usuris constitutæ dotis prospectum ipsis non fuerit, non solum ex causa pietatis, sed & quod filiæ, personis aliis, adsuccedendum in feudo minus idoneis, accenseantur, quibus tamen alimenta debentur; & præterea cum alimentorum & dotis par sit ratio, hinc si hæc debetur & illa non deneganda *Carpzov. de Onerib. Vasalli Feudalibus Decad. III. Pos. 10. n. 9. sequ.* præstantur autem alimenta secundum personæ nobilitatem & dignitatem *L. pen. de alim. & cib. leg.* habita tamen feudi
con-

§ (25) §

consideratione *H. Pistor. L. 2. qv. 32. n. 12.* quod o-
nus non modo agnatos, sed & ipsum Dominum,
si feudum ipsi aperiatur, stringit. *Carpz. P. II. C. 46.*
D. 16. n. 7.

§ III.

Impensas quoque, tanquam feudi onus, agnosce-
re tenetur successor, quas in studia filiorum inpendit
defunctus, *vid. Müller. Res. Pract. 62. n. 32. add.*
Knipfch. c. 11. de fideicomm. fam. n. 322. sequ. quod e-
quidem qua agnatos, non vero dominum, concedit
Horn. c. 21. §. 14. Dos præterea, quæ comprehendit
etiam **Schmuck und Hochzeit-Gelder** tanquam per-
tinens, *Mev. P. II. D. 120. sequ.* pro modo dignitatis
& facultatum *arg. l. 60. §. 4. de jure dot.* in subsidium
filiabus constituenda, & computari nisi deducto ære
alieno non potest *l. 8. §. 9. de inoffic. testam.* hinc ex feu-
do, dotandæ non sunt filix, in concursu creditorum,
ante exsolutionem æris alieni, nisi consuetudine ali-
ud introductum *Carpz. P. II. C. 46. D. 17.* si tamen
ratione quantitatis constituendæ dotis agnati conve-
nire nequeant, arbitrio & moderationi Domini com-
mittitur *Carpz. c. 1. D. 18.* Non debetur dos si viris
non nubant filix *l. 21. §. 23. de jure dot.* nisi dos legi-
timæ loco assignata sit. *Dn. L. B. de Lynck. ad S. J. F.*
C. 14. apb. 17. n. 6. Stryk. de success. ab intest. D. 3. c. 2.
§. 21. hinc si non nupserint feudo hoc lucrum cedit.
Horn. C. 21. §. 13. in fin.

D § IV,

Ex feudo novo, si acquirens primus, vel omnia bona, vel maximam eorum partem, in id impenderit, non modo filiabus *Stryk. E. J. F. c. 21. qu. 26.* sed & ascendentibus *Horn. c. 16. §. 3.* & aliis personis, ad successionem feudalem incapacibus *Horn. J. F. c. 15. §. 15. in fin.* legitima debetur, vel simpliciter, vel in subsidium *Struv. c. 14. aph. 19. Horn. J. F. c. 12. §. 15.* Idem juris est, si per oblationem bonorum allodialium in feudum, personarum necessariorum legitima vel ablata, vel minuta sit: nam & tunc a successuris ea solvenda *Dn. L. B. de Lynck. ad Struv. c. 1.* Quod si tamen legitimam filia ex feudo acceperit, dotem amplius petere non potest *Brunnem. C. 2. D. 60.* sicut & si filia dos jam data, illa in legitimam imputanda *l. 29 de inoff. test. Carpz. de jurib. foem. sing. Decad. 8. pos. 9*

Pertinent quoque ad debita feudalia in subsidium solvenda, eorum, qui ob animi vel corporis vitium feudalis successionis incapaces sunt, alimenta; debentur hinc furiosis, mente captis, mutis, surdis, cæcis & c. quæ opinio non solum expressis textibus *l. 1. F. 6. §. mutus 2. F. 26.* sed & æquitate nititur, cum causam mortis dedisse dicatur qui alimenta denegat *dd. II. Struv. S. J. F. c. 14. aph. 18. Carpz. P. II. C. 46. D. 28.*

Alimenta quoque eo casu ex feudo debentur, ubi feudum ad solum deferuntur primogenitum, cæ-

ter-

§ (17) §

teris filiis exclusis *Tiraquell. de jure primogen. qv. 4. n. 33.* quæ appanagii nomine venire solent, de quo vide peculiarem tractatum *Springensfeldii & Limn. ad A. B. t. 25. §. 5. Obs. 4.* Putamus tamen cum *Carpz c. 1.* feudi successores ad præstationem alimentorum ultragenitis non obligari, si bona sufficiant allodialia, quamquam contrarium teneat *Berlich. P. II. Conclus. 55. n. 71.*

§ VII.

Denique, ob summum æquitatis & singularem causæ favorem, ne vasalli defuncti corpus insepultum jaceat, impensas funebres, deficiente allodio, vel eo non sufficiente, successorem feudalem solvere obstrictum esse, autumamus: modo non fuerint immodicæ *Struv. S. J. F. c. 14. apb. 20. ibique Dn. L. B. de Lynck. Stryk. E. J. F. c. 21. qu. 27.* quamquam dissentiat *Carpzov. P. II. C. 46. D. 36.* & distinctione inter filium & agnatum, in feudum antiquum successurum, expedire conetur *Finckelibus. de jure sepultura conclus. 71. t. 6.*

§ VIII.

Non verò ad hæc onera feudi pertinet debitum, ratione servitii militaris, Domino præstandi, contractum; nam ratione servitiorum Domino præstandorum, Vasallus feudi fructus percepit, non ergo propter illa feudum onere novo gravi debet, non consentientibus agnatis. *Carpzov. P. II. C. 46 D. 34* quid in Saxonia ratione deder. Præsent Gelder obtineat, videre est ex Decisione XXXII. noviss. Electorali. Collectas tamen extraordinarias, ob extremam necessitatem impositas, si a vasallo vivo non sint soluta, successorem feudalem præstare oportere, tradit *Carpz. de onere Vasalli Decad. 4. Posit. 10. Horn. J. F. c. 21. §. 16.* Hæc pro modulo ingenii & exiguo temporis spatio, de oneribus vasalli ex feudo solvendis sufficiant.

S. D. G.

NOBILISSIMO atque EXIMIE DOCTO
DOMINO
JOHANNI FRIDERICO
HAHNIO

S. D.
P R Æ S E S,

QUod patria, parentesque in votis hactenus habuerunt, *TE*, doctissime Hahni, ex asse impleviffe, publicitus hoc editum specimen abunde testatur, in quo nervos ingenii exeruisti, linguæque favos pandisti: animitus itaque *TIBI* gratulor & mollia fata apprecor, Spiritus faustus ultteriores a^{ct}iones *TVAS* prosperitate beet, & novercantis fortunæ boream, avertat, quo patriæ & parentes studiorum *TUORUM* fructibus uberimis ad seros abnepotes uti queant. Vale & fave

Scribendam Jene
ipsis diebus Octobris

A. R. S.
M. DCC. XII,

Tui studiofissimo

MATTHIÆ NICOLAO Braun.
Pb. & J. U. D.

ULB Halle


005 121 795

3



Vol 12







B.I.G.

Farbkarte #13

226

~~A-15~~

904
3

D. F. C.
DISPUTATIO JURIS FEUDALIS
**DE ÆRE ALIENO
EX FEUDO SOL-
VENDO**

1712, 3

QUAM
ANNUENTE SUMMO NUMINE
RECTORE ACADEMIÆ HUIUS MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO

GVILIELMO HENRICO
DUCE SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ AC MONTIUM, ANGA-
RIÆ item AC WESTPHALIÆ ET RELIQUA
PRÆSIDE

DN. MATTHIA NICOLAO *Braut*

PH. ET J. U. D.
NEC NON HEREDITARIO DOMINO IN ZIEGENHAIN
ET OBER-TOPSTET
PRÆCEPTORE AC HOSPITE OMNI CULTU PROSEQUENDO
IN ALMA HAC SALANA

d. 15. Octobris 1712.
ERUDITORUM EXAMINI SISTIT
IN AUDITORIO ICTORUM

RESPONDENS
IOANNES FRIDERICUS HAHN
BRUCKENAV. FULDENS.

I E N Æ
LITERIS WERTHERIANIS.

